

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caritas p  
cum fonte primo

Fortis est ut mors dilectio,  
quia sicut mors corpus interimit,  
sic ab amore rerum temporalium eterne uite  
caritas occidit;  
nam quem perfecte absorbuerit  
ad terrena foris desideria uelut insensibilem reddit,  
neque sanctus quilibet

mori pro Domino potuisset in corpore,  
si prius a terrenis desideriis mortuus non fuisset  
in mente.

Gregorius omelia XI.

De cuius dilectione recte per Salomonem dicitur:

Forcis est ut mors dilectio,  
quia uidelicet sicut mors corpus interimit,  
sic ab amore rerum corporalium aeternae uitae  
caritas occidit.  
Nam quem perfecte absorbuerit,  
ad terrena foris desideria uelut insensibilem reddit.  
Necque enim sancta haec,  
cuius hodie natalitia celebramus,  
mori pro Domino potuisset in corpore,  
si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset  
in mente.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 1.11.2-3  
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.75, ll.36-44).